

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

# BOLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0502

Sabato 02.08.2008

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL III CONGRESSO AMERICANO MISSIONARIO (CAM3) E DELL'VIII CONGRESSO MISSIONARIO LATINOAMERICANO (COMLA8) (QUITO, ECUADOR, 12-17 AGOSTO 2008)
- ◆ RINUNCE E NOMINE

- 
- ◆ LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL III CONGRESSO AMERICANO MISSIONARIO (CAM3) E DELL'VIII CONGRESSO MISSIONARIO LATINOAMERICANO (COMLA8) (QUITO, ECUADOR, 12-17 AGOSTO 2008)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL III CONGRESSO AMERICANO MISSIONARIO (CAM3) E DELL'VIII CONGRESSO MISSIONARIO LATINOAMERICANO (COMLA8) (QUITO, ECUADOR, 12-17 AGOSTO 2008)

In data 14 giugno 2008, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Nicolás de Jesús López Rodríguez, Arcivescovo di Santo Domingo, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del III Congresso Americano Missionario (CAM3) e dell'VIII Congresso Missionario Latinoamericano (COMLA8), in programma a Quito (Ecuador) dal 12 al 17 agosto 2008.

La Missione che accompagnerà il Cardinale Inviato Speciale è composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Ricardo Flatz, Amministratore Apostolico del Vicariato Apostolico di Zamora en Ecuador;

- Rev.do Mons. José Vicente Eguiguren Samaniego, Vicario per la Pastorale dell'arcidiocesi di Quito, già Segretario Generale della Conferenza Episcopale Ecuadoriana.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Nicolás de Jesús López Rodríguez:

**• LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro

NICOLAO DE IESU S.R.E. CARDINALI LÓPEZ RODRÍGUEZ

Archiepiscopo Sancti Dominici

Qui a Patre missus est Dominus Iesus, et Ipse discipulos suos misit (cfr *Io* 20,21), ut omnes populos evangelizarent. Laetantes igitur de renovato zelo missionario variis in partibus Ecclesiae, nuper nuntium accepimus de proximo huiusmodi evento Ecclesiae in America, quod medio mense Augusto Quiti in Aequatoria celebrabitur.

Qui autem praeest Commissioni Centrali quae has praeparationes curandas habet, nempe Venerabilis Frater Noster Antonius Iosephus Cardinalis González Zumárraga, Archiepiscopus olim Quitensis et Praeses Honorificus Conferentiae Episcopalis Aequatoriana, nomine Pastorum et Christifidelium totius Americae humiliter petivit ut Nos Aequatoriam viseremus aut saltem illuc ad Tertium Congressum Americanum Missionarium atque Octavum Congressum Missionarium Americae Latinae mitteremus Patrem Purpuratum, Nostrae communionis et benevolentiae testem.

Sinceram eius affectus manifestationem magni aestimamus, totius quoque populi Aequatoriani erga beati Petri Successorem ardentem amorem et adhaesionem laudamus. Cum autem Nosmet Ipsi hoc iter aggredi non possimus, de te cogitamus, Venerabilis Frater Noster, cui peculiarem hanc legationem committendam arbitramur. Novimus enim te iam alias huiusmodi prudenter explevisse missiones, simulque inter Americanae Continentis Pastores assidue novam fuisse evangelizationem. Te quidem ad memoratos eventus Nostrum designamus **Missum Extraordinarium**.

A die igitur XII usque ad diem XVII proximi mensis Augusti Nostras vices ages in memorato coetu in urbe Quitensi congregato, confirmans missionale hoc munus Ecclesiae, quae "a Christo missa ad caritatem Dei omnibus hominibus et gentibus manifestandam et communicandam, opus missionale adhuc ingens sibi faciendum intelligit" (*Ad gentes* 10). Ad renovatum ideo studium hortaberis sublimis christiana doctrinae ediscendae et iis tradendae qui salutis aeternae spem nondum reppererunt vel varias ob causas amiserunt eam.

Nos precibus tuam sustinebimus magni ponderis missionem, dum iam nunc enixe te, Venerabilis Frater Noster, delegatos ibi congregatos omnesque in universa America Christi Domini assecras enixe committimus amantissimae tutelae Deiparae Virginis Mariae, Americanae continentis Patronae, necnon sanctae Mariae Annae a Iesu de Paredes, urbis Quitensis excelsi floris. Apostolicam denique Nostram Benedictionem prolixe tibi imprimis elargimur, cum omnibus ad quos nunc mitteris communicandam.

Ex Aedibus Vaticanis, die II mensis lunii, anno MMVIII, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XVI

[01185-07.02] [Testo originale: Latino]

**RINUNCE E NOMINE• NOMINA DEL NUNZIO APOSTOLICO NELLA REPUBBLICA CENTROAFRICANA ED IN CIAD**

Il Santo Padre ha nominato Nunzio Apostolico nella Repubblica Centroafricana ed in Ciad il Rev.do Mons. Jude Thaddeus Okolo, finora Consigliere della Nunziatura Apostolica in Australia, elevandolo in pari tempo alla sede titolare di Novica, con dignità di Arcivescovo.

**Rev.do Mons. Jude Thaddeus Okolo**

E' nato a Kano (Nigeria) il 18 dicembre 1956.

E' stato ordinato sacerdote il 2 luglio 1983.

Si è incardinato a Nnewi.

E' laureato in Diritto Canonico.

Entrato nel Servizio diplomatico della Santa Sede il 1° giugno 1990, ha prestato successivamente la propria opera nelle Rappresentanze Pontificie in Sri Lanka, Haiti, Antille, Svizzera, Repubblica Ceca, Australia.

Conosce l'inglese, il francese, l'italiano, il tedesco, lo spagnolo e il ceco.

[01186-01.01]

[B0502-XX.01]

---